

Alte Drucke

**ACTVS MAGISTRORVM PHILO-||SOPHIAE DVO:|| Continentes ||
ORATIONES,|| DE ANIMARVM || PESTIBVS, QVIBVS INNVMERI
|| HOMINES OMNIBVS SECVLIS INFECTI || ...**

Müller, Veit

Frankfurt/Oder, 1598

VD16 ZV 27218

**GRATIARVM ACTIO, HABITA IN SOLEMNI RENVNCIATIONE MAGISTRORVM AD
10. AVgusti, Anni 1597.**

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permission, please contact the Head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149783

GRATIARVM ACTIO. HABITA IN SOLEMNI RENVNCIATIONE MAGISTRORVM AD 10. AVGUSTI, ANNI 1597.

VT, qui vel gladiator impiger, vel
Athletes agilis patente harena,
In certamine velitationum,
Aduersum sibi quando cernit hostem,
Tremat parte aliqua, atque honor trophæi
Ne fortasse sui periclitetur,
Altero sibi derogante palmam;
Tota mente animi timet miscellus:
Tum, ne densa videntium corona
Si pulchre minus exiisse, siue
Intentasse plagam suat prehensus,
Probrosus sibi abhinc ferat triumphum,
Hoc vnum dolet, hoc veretur vnum:

Sic & me quoque cæteris peractis,
Laurus quæ sibi postulat Magistra,
Nobis vestra opera, fauore vestro
Contributa modo, modo dicata,
Nunc par cura coquit, coronidem dum
Doctum conciliabulum SOPHORVM,
Me solemnibus addere hisce iussit.

Nam, dum non modo amica turba PATRVM
Nos cura & studio fideliore
Diuinis monitis suis, suisque
Rudes artibus atque disciplinis
Imbuit, sed & inclitos honores
Lauri perpetuos virentis, inquam
Non primos, sed & alteros honores,

Brabe-

A C T I O .

Brabeium studij vltimum benigne
 Luce hac contulit, ecquid hinc vicissim
 Mutui officiue gratiave
 Illo pro assiduo labore, & illa
 Culturâ ingenij potest referri:
 Si quandoque parentibus, pijsque
 Digna gratia honorque sat merent
 Præceptoribus est potis referri.

Quam vellem ipse equidem! O DEVS faueret
 Si quisquam mihi, si foret voluntas
 Heræ respicientis vt potessem
 Vicem pro meritis referre justam,
 Vt vicem meritis lubens referrem!
 Vt vos siue lyra sonantiori,
 Tibiave Elegisue cantitarem!
 Sed fortuna mihi nouerca, sed me
 Auerfa facie DEVS tuerur,
 Cui sunt & numeri modique curæ,
 Queis sacri æditi DEÛm, Poëta,
 Ad cælum memori vocare versu
 Consueuere sago togaque claros,
 Vel de se meritos bene, aut merentes.
 An non ergo minus nihilve adaptus
 Accinctusque operi huic miser tremiscam?
 Non me deficiant modi vsquequaque
 Omnes? non mihi lingua conticescat?
 Immo, quando oculos modo huc modo illuc
 Circumuoluo, nihil nisi aut Dynastas
 Inclutos tuor, aut, domo vetustâ
 Nobilis, & abunde muneratos
 Pluti diuitijs sacriue VERBI
 Doctores, Themidisue Apollinisue
 Cultores, Sophiæue, disciplinaque

I

Addi-

Addictos jugiter politioni:
 Hos, inquam, his oculis meis pererrans,
 Et quam curta mihi fiet supellex
 Dicendi reputans, quid ô, quid oro,
 Mirum, saxea membra gestitantis
 Si BATTI mihi sumerem figuram?
 Verum vnum hoc mihi spem facit benignam
 Ut qua antehac alijs benignitate
 Aure, sæpe dedistis haud iniquas,
 Et nobis quoque commodetis æquas,
 Sed cum quod modo cunque & vsquequaque

Humano generi boni suëvit
 Euenire animæque corporisque
 Acceptum, alme tibi IEHOVA, soli
 Atque vni referant, nec immerenter,
 Cæli regia cui suprema paret,
 Mundus cui famulatur vniuersus,
 Loco principe tu venis canendus.
 Tu, luto meliore nos creatos,
 Deceptosque nigri Draconis astu,
 FILII precioso morte
 Transcripsti superis benignus oris.
 Tu, pressis Latijque Thracijque
 Tyranni insidijs amica præstas
 Pacis munera, Tu beatoris
 Largiris FIDELI beatâ dona:
 Tu Calui sapiem nocentiorum,
 Tu Cingli exitiosius venenum,
 Et quæ de genere hoc ouile Christi
 Infestare solent, procul repulsa
 Sedibus dominarier beatis
 Potenter prohibes potente dextra,
 Tu, nostræ huic Academia Nicinæ

A C T I O

Halcedonia amica commodas, Tu
 Discentes simul & simul docentes
 Sacri numinis auspicioti
 Regis, protegis, & tueris aurâ.
 Tu, quod lux hodierna Laureatos
 Facis nos Sophia inclutâ salutar.

Quas ergo tibi gratias vicissim,
 Rerum summe parens, vtramque ad usque
 Solis note domum, Tuoque NATO,
 Nato illi vni genæ, suo sacratio
 Nostros sanguine qui abluir reatus,
 Qui nos jam penitus salute castos
 Placauit tibi rite proxeneta:
 Quas, inquam, tibi gratias reponam,
 Tuo non sine Spiritu sacratio
 Non te lamna capit nitentis auri,
 Non quos India fert feraciori
 Prouentu lapides beatiores:
 Non quas vel spaciosus hinc & illinc
 Mundus diuitias subinde jactat.
 Quei vicem ergo tibi anxius reponam
 Debitor meritam: Perenne nempe
 Nomen atque tuos sonabo honores,
 Et quo præterearequiris ipse
 Cultu, te sine fine percolemus.

Quo te autem, FRIDERICE, magne Princeps
 Dicam carmine, quo Sueua tellus
 Gaudet vindice pace perfruiſci,
 Quo gestante nihil sibi pericli
 Romani Imperij Allemannicique
 Impendere putant tremenda signa.
 Quæ te laude itidem efferam Parenti
 Fili haud abſimilis FRIDRICHE IANE.

GRATIARVM

Vos quamuis Dominos veretur vnos
 VVirttembergica terra, vestra quamuis
 Præstans fama ferit suprema cali:
 Musas non ideo minusque & horum
 Iuuare assiduos simul ministros
 Vobis non fore dedecus putatis.
 Hinc & parte bona hæc nouos honores
 Quod lux nos videt esse consecutos,
 Acceptum ferimus subinde vobis.
 Tam possem, vt cuperem! meis phaleucis,
 Illis exiguis meis phaleucis,
 Vestrum fulgida ad astra ferre nomen,
 Ni maius sibi opus Maronianis
 Cantandum numeris, lyrae Flacci,
 Non nostro hendecasyllabo minuto,
 Vestra posceret aurea illa virtus.

Nec minus quoque te tuosque honores,
 Decantare negant mei phaleuci,
 AVGVSTE inclute, Luncburgiorum
 Spes & delictum, ambigo anne maior
 Arte Palladia, anne principatu
 Abhinc per patulum feraris orbem.
 Nempe intexere te suis Melodes,
 Chartis nemo potest (Maro vel ipse
 Si valle Elysia reuifcat orbem)
 Non maiora celebriora dictis
 Semper materie noua vt supersint.
 Sola hæc vota damus Deumque summis.
 Poscimus precibus, Poli beati
 Oras sero petatis entheatas,
 Et vestris populisque Patriæque
 Læti atque incolumes diu interesse
 Possitis, placidaque pace eosdem.

Seruetis

ACTIO.

Seruetis procul hostibus repulsis.
 At quo carmine te sonabo? queisue
 Clarum laudibus efferam æuiternum
 Rerum præsidium & decus mearum?
 HALBRITTERE Themistios sacratæ
 Lampas clara, Academiaeque Rector:
 Multis pro officijs, labore multo
 Quam cliens peperit tibi Patrono,
 Quando nil aliud queo referre,
 Si nostros veniens videbit ætas.
 Fatus ingenij, nec atra mortis
 Hora omnem rapiet, decus perenne
 Nostri versiculi tibi parabunt,
 Æternosque tibi dabunt honores.
 Et sicut viridi vsque & vsque florens
 Laurus tegmine vallibus quietis,
 Non vi, non niniibus geluve fata
 Bruma, non rabie noti vel austri
 Lato vnquam viduata honore marcet:
 Sic & laus tua ad instar explicatæ
 Laurus, quæ jugiter viret, vigescit,
 Noua laude itidem vsquequaque viueta.

Quis vos celsa per ætheris merenter

Laudibus ferat? ò domo vetusta
 Clari, MAXIMILIANE PAPPEMHEMI,
 Romani imperij ensifer patrite,
 Tuque LANDAVIÆ BARO, qui auito
 Quamuis stemmate copiosiori
 Copia affluitis satis superque,
 Queis quisque doleat sibi negatis,
 Musis non ideo minus vacare,
 Et noctes simul & dies soletis.
 Hinc tantum duplicata vestra fulget.

I. 3.

Fulgens

Fulgens gloria honorque, quantum Olympo
Phæbe lucida, plena ubi est, renidet.

Nec minus tibi debeo, IACOBE
HERBRANDE, aut mage, Flaminum sacrorum
Princeps atque choragæ singularis:

Tu, magnus velut Hercules, Poëtis
Si fidem dabimus, Atlante fesso

Axem cæli humeris suis tulisse

Fertur, religionis vniuersæ

Sustines onus vnicuique & vnus.

Hanc contra rabiem impetumque valdum

Romani vsque tueris AntiChristi,

Hanc contra exitiosius venenum

Caluini, socij agminisque, Pastor

Pascis antidoto salubriori;

Nec viuâ id modo voce, sed loquace

Et crenacalami satis potentis,

Qua fiunt tibi tot sacri libelli,

(Normam dogmatis enthei tenentes)

Iuris publici, vt omnis officina

His referâta sit, his larem quæremque

Institor cumulet potente lucro.

Sed quamquam ante alios reple parentis

Fama præpete Solis axem vtrumque:

Tecum laudè tamen sua celebres

Et plures alij cluunt per orbem,

Quos inter mihi principi, Decane

HAFREFFERE loco venis canendus.

Quo tu ardore fideque Christianum,

Doctrina Fidei beatoris

Sollers assiduusque ouile pascas:

Qua cura quoque diligentiaque

Addictam studijs sacris iuuentam

Derebus doceas simul sacratis,

ACTIO.

71

Olim postera fama prædicabit.

Sed nec te tacitum sinam, remotis
Nostro hoc orbe plagis abunde note,
GERLACHI optime, te velut stupefcens
Ætas nostra adamat, colit, veretur,
Sic & postmodo seculo futuro
Vsq̃ laude noua inclutus fereris.

Vt nec te quoque, SIGEVVARTE, dignè
Si te dicere, si modo potis sum.
Namque vt vere nouo, micante purum
Phæbi lampade, senticeto inhærens
Vibriſſat Philomela flexilingui
Dulces gutture cantitationes:
Sic te dulcisonis modis IEHOVÆ
Christi Ecclesia personare laudes,
Atque huius pia te præire iussa
Arrecta patulaque inaudit aure.

Quo te carmine, quæue NICOLAE
Lyra concelebrem VARENBUERE?
Tu quamuis rude muneratus, omni
Vacas munere, te licet verenda
Florida niue vestijt fenestra:
Adhuc assiduo tamen labore
Abs te sentit opem cliens egenus.
Quin te nostra etiam canit Thalcia
Andrææ celebris gener IACOBI,
O HARPRECTE, Dices verende Flamen,
Et te canicie libens verendâ
Sumerem celebrare, jam nisi actum
Forte, HOCHMANNE, agere audiar. Perenne
Nam si barbarum opus colit vetustas
Celsæ Pyramidis, sepulchra si que
Mausolea laborioſiori

Arte

Arte adhuc fabrefacta predicantur,
 Nullis vsibus apta, quid Lyceum
 Nouum illud tibi conditum, quo egentem
 Addictam studijs bonis iuuentam
 Largo munere cogitas fouere,
 Quid, quaeso, tibi honoris æuiterni
 Et laudis dabit? Ergo tute per te
 Viuas innumerabiles per annos.

Sed nec te tacitæ vetent *Anyclæ*,
 ENZLINE, ore sonare pleniori,

Qui diâ modo non benignitate

Altius caput exseris decorum

Cæteris, sed & incluto Dynasta,

VVirtembergæ cui superba paret,

Sic fidem solidam tuam probasti,

Tuo vt pene modo vno, Acharis instar

Vti consilio atque ope elaboret.

Quin nec te emeritum tacebit ætas

LAVBMARI veniens: Quin & MAGIRE,

Et BOCERE mihi venis canendus,

Quos exempla acuunt senum priorum

Se vulgo eximere arte luculenta.

Sed nec vos Epidaurij Medentes

PLANERE atque vir optime optimorum

HAMBERGERE, quia & MOGLINGE magne,

Triga clara, meo sonare versu

Fas piumue putô, salubriores

Vestras sæpe manus misellus æger;

Furua pene Proserpiæ nigrore

Morbidum caput obuolutus optat.

Nec optat modo, sed simul medelam

Præsentem sibi sentit obligasse.

Tu vero ante alios mihi sonandus

MVLLERE, es, modo chorum Sophorum
 Ducis, qui quid honestum & indecorum
 Sit factu, egregius Magister almis
 Ethicis Stagyrîtæ amas docere.
 Laurus te faciente quod Magistra
 Nobis contigit, ecquid hinc vicissim
 Expectas meritæ vicis referri?
 Te per nos metuente fama solui
 Penna perpetuum feret superstes.
 Te Francoæ itidem perenne sidus,
 CRVSI, deuoco cantitare gentis.
 Vlli Teutona si quid ora quicquam
 Se debere aliquid faterur, ore
 Quod sui Teutonico pelasga verba
 Eloqui, quod & vtriusque linguæ
 Decor purior exstat orbe nostro,
 Acceptum tibi se referre soli
 Fatetur. Neque te tenebricosis
 Seculis fugiens recondet ætas,
 Insignis Logicæ Magister artis,
 BVRCARTE optime. Nec gener tacendus
 MAESTLINE huius ades, cui rotundum
 Percurrisse animo polum, supernas
 Cui tentasse domos suprema cura est.
 Et CELLI mihi culte prædicandus
 Effes exiguis meis phaleucis;
 Palmam fascibus Imperij remissis
 Pridem cura Deum cui Poëtæ
 Transscribere, sed ante tute per te
 Viuis carminibus tuis, & ipsum
 Advnguem quibus exprimis Maronem,
 Nasonem quibus exprimis poetam
 Sed nec tu reticendus es CIGLERE,

Qui non esse satis putas laboris
 Naturæ abdita sensa quod reuelas,
 Excellens Academiae Professor,
 Quin Machaoniâ quoque arte pollens
 Doctoris titulos es assecutus.

Quin & te tua laus, Ebrae doctor,
 Viuax vsque manet, cui sacрати
 Codicis genuina sensa nota
 Cum paucis. neque tu BVCHERE, nec tu
 Es VVELLINGE diserte negligendus.

Nec te nocte tenebricosiore,
 SCHERTLINE, inuida conticebit atas,
 Tuo non sine compare oppidanis,
 (Qua Tubingica rura tortuoso
 Didit flumine limfa pura Necri,)
 Qui prudente animo & probatori
 Recti tramite nostis anteire.

Non grato interea minus videmus
 Ore aduentitios locis remotis
 Patres, sanguine siue Candidatis
 Iunctos proximior, siue amicos.

E queis, HALA verende Francofurto
 Qui nati vsque venis videre honores,
 Dicendus mihi primuses. Meringam
 Inde OGGERE DEI docens minister,
 Nec te LVZI, etiam futura sæcla,
 Atque illud studium tuum tacebunt,
 Quo tu dogmata sacra præpotenti
 Zelo interpret es aues sonare fidus.
 Et tu Felbachîâ, diserte PFIZI
 Aduentans mihi non venis silendus.
 Queis pagi quoque jungo te vetusti
 Myllam, docte NIGRINE, teque LIPSI,

ACTIO.

75

Myſlagoge DEI Greuſiſiane
 Te BVCKLINE itidemque Elæoſontis,
 Boblingenſeque qui ſalubriori
 Paſcis pabulo ouile docte RVCKERE,
 Et quos præterea capit IEHOVÆ
 Præcones celebrare rite laudes.
 Hinc & vos quoque cerno conſedentes,
 NORDLINGERE Dices verende vindex,
 Tuis non ſine Patribus qui honores
 Filli cernere ades. Quin emerenti
 DACHTLERI genuine nate, Patris
 Non tacende meis venis Phaleucis.
 Vt nec tu CRATO, Francico vſque portu
 Qui HALÆ te comitem dono dedidiſti,
 Et vir ipſe bonus, laborioſa
 Cura proſpiciens Peniæ iniquæ
 Quei pulſare queas iniqua tela
 Sagax affidiuſ negotiator,
 Nect tu, DVPSI, Academiae haud pudende
 Cinis, nec veniens ſagax Ebingæ
 Pars SPEISERE ducalis es ſenacii
 Mittendus mihi, tuque Munſterenſis
 KELZI, Canthropolique amice LENZI,
 Aduentans, Bebenhuſianeque HASI
 PRASPERGEREQVE tu VVilenſis, & tu
 Magni HERBRANDE patris polite fili,
 Omnes expediſſe remque & omnes
 Docti augere larem Ducis FRIDRICI.
 Sed quis ore ſatis queat rotundo
 Omnes enumerare? quis ſat rotundo
 Cunctos dicere poſſiet phaleuco?
 Cunctis ſat meritis referre grates?
 Qui vel difficili via remotis

K 2

Huc

Huc venere locis, Patres, propinqui,
 Vel nostra hac Academia inquilini
 Sancti Codicis in theco vacantes
 Verbo, aut Iustitiæ sacre, salubrem
 Doctrinam Podalirij sequentes,
 Artem aut Palladium Sophi imbibentes,
 Qui vel hosce novitios honores
 Nostros cernere adestis, aut eosdem
 Exornare magis. Quid o vicissim
 Gratia referam pari moneta?
 Quas grates referant mei tribules?

Mundi maximus arbiter DEVS, cui
 Res sunt curæ hominum; Atque Bibliorum
 Ut certo aureoli asserunt libelli,
 Nulla qui malefacta inulta linquit
 Ira vindice, qui favore magno
 Nulla non benefacta luculento
 Lucro retribuit, suis ministris
 Quæ lata bene mente conferuntur:
 Et largo HOC quoque, quicquid est, fauoris
 Vestris atque officij benignioris
 Largo favore largiter reponat.

Conradus Leius Francm.